



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

30. Primi ex Sinis in Soc. excepti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

deiecto ; mari , deinde ut verosimilius apparebat hausto , vel à Piratis capto ; cum certò tescissent Quanceum fuisse deportatum , inde quid co factum esset , ne missi quidem illuc nuntij , referre quicquam potuissent . Erat tunc Macai P. Ferdinandus Martinez pietatis fama venerandus , qui precum suarum , & asperitatum sublido missiou . Sinensi prodesse plurimum credebatur . Negabat is quicquam Riccio , aut Almeidae infamum contigisse , negabat & Macaum venturos , sed habitaturos inter Sinas ; quæ tametli vir prudens , & verborum parcus viseretur non humanitus affirmare , ne id quidem obstitit quo minus alij nuntij nitterentur , qui Sciaoceo Macaum Riccij literas cum tulissent nostros in festas laxitias , gratiarum actiones , sacrificia , spontaneas sui afflictiones pro beneficij magnitudine esfuderunt . Dedit vicissim Sciaoceum Valignanus gratulatoriam ad Patres epistolam qua illos magnopè hortabatur , vt per quicquid agendum & ferendum foret , cœptis insisterent , quoad illa in Dei gloriam fine optato cotonassent ; misit & pecunias ad victum , & ædium templique fabricam ; acciuit quoque ab India Macaum recentes ex Europa duos , vt cum iis qui iam erant ad manum , Sinensi lingua , motique assacherent , ac præsto esfent in occasione supplendi operarios , & augendi : consilio ad hæc in posterum prouido , duos ad Riccium Sinenses misit ex eius hingen-
dos disciplina , iuuenes egregiis dotibus , nostris in scholis Macai educatos , & Societatis ardentissimos candidatos : sumptis de Lusitano no-
minibus , Sebastiano Fernandez vni , Francisco Martinez alteri nomen
erat , exercendi dabantur à Riccio , vt si post annum expectationi re-
spondissent , admitterentur ab eo ad ponendum in Societate titocinium
inciperentque Sinæ de suis habere , religiosos simul , & operarios agri-
cotum infelicis . Probante igitur Aquauia Societati Præpositio Iannu-
tis Calendis probationem iniere anno 1591 . His domi exceptis Riccius ,
suis statim dinasit interpretes , quod satis iam ipse commode lingua Si-
nensi vteretur , & interesset plurimum iis carere , nam Patrum odio ,
vtpote externorum , & lucri fame , clandestino cum aduersariis nostris
commercio , prditiones suas iis vendebant , nostris operam mendacem ,
& perfidiosam , nihilque contra nos mouebatur , cui non tacitam ma-
num admouerent . Sub hæc ædificauit ædem sacram eamque , spe fre-
quentis concursus , amplissimam ; post etiam dominum , sed ex modo , &
regula ñinarum , in plano extentam , ne si ex Canone Europæo , ali-
quem denuò cupido inuaderet , eius sibi violenter usurpandæ , aut sua
illie Maiores Mandarini , vt olim Sciaochini , vellent prandia celebrare
ad fruendam aperti , longique prospectus voluptatem . Quanquam illo
ipso in quod diuerterat tugurio vili , adibatur magna Literatorum fre-
quentia , sed multo maiori , postquam viri cuiusdam familiaritatis fecit
eius famam omnibus clariorem , qui licet alia , planèque contraria spe-
cieret , Dei tamen instinctu , grandi multorum bono in eius intimam
amicitiam se dedit . Chiuialis huic nomen fuit , cognomen Chiusian-

^{30.}
Primi ex Si-
nis in Soc.
excepit.

T 4

con. Sucei natus, sublimitate ingenij toto imperio celeber; Patrem habuerat inter illos trecentos præcipuum, qui Pechini in aula ex quinque millibus seleeti, inaugurarunt Doctorum notis, & honore. Cuius excelsitatem gloria hic fratres inter proximè sequebatur, eratque iam omnibus præstantia indolis admirationi; cum patre demortuo, æstate & opibus abreptus, tandem vitam egit solutam & improbam, quoad in chemicam denique insaniam deuolutus, suas omnes in fumum disflavit diuitias; egens deinceps & per vrbes vagus, paternis amicitiis, quotidiani vietos subsidia quaeritabat, versabaturque potissimum in causis litigantium ad varia tribunalia iuuandis, hoc est Mandarinorum gratiam qua ob ingenium excellens pollebat maxima, nundinabatur in sua commoda. Contigit autem ut Sciaochinum sub discessum Ricci appulsus eum inuiseret, auditeturque de illo tam magnifica, vt eum postea Seiaoceum sequeretur, & Magistrum sibi solenni ritu, donisque adsciceret; quibus respuidis nolens videri agrestis, & rusticus, nec venalis doctrinæ Magister admittendis; dono pretij maioris pannos illi sericos rependit; iure sibi plurimum gratulans quod tam prodigiis ingenij (qua summa est gloria inter Literatos) nactus esset discipulum. Sed eum quod sequitur, longè affecit iucundius: vidit hominem statim, tam altè in nostras penetrare se doctrinas, mathematicas præfertim, & speculatrices; mechanicas item cudentis ex æte & argento, delineandisque planisphaeriis & similibus, tam accuratè scienterque tractare, vt eam ad ferum nouitatem, eiisque solertia Literissimi quique stuperent attoniti; maximè vero cum diceret, legenti auctores Scientiarum Sinensium Principes, videri sibi speciem hominis, vocemque præferre, rationibus carere; plusque auctoris Europæ vel vni paginae, inesse doctrinæ ac solidi quam centum codicibus scriptorum Sinensium. Deprædicabat autem magnificè Ricci, sibique magnoperè de suo plaudebat errore quam ridiculo tam beato, pastasse nimis Riccio promptum esse, Mercurium figere, & in optimum argentum durare, quod Philosophis Europæ familiaris esse ait illa iactaretur; tidebatque se ipse, mirificè gestiens thesauris se locupletatum absque villa comparatione majoribus, quos nunquam esset suspicatus extra fines Sinarum reperiri; & significabat diuinorum Scientiam qua possit sola homines beare; huius ligillatim exceptos articulos, secum ipse apud se attenit, & acriter disputabat, referebatque ad Riccius quos offenderat in iis nodos, planè illos eosdem quos neceunt in scholis nostri Theologi, quibus tamen, quod magis mire, solutiones excoxitabat ita idoneas & acutas, vt duorum unus personas egregiè ageret, insignis discipuli, & præstantis Magistri. Suo igitur qua subtili & acri iudicio; qua Ricci eruditione, de Christiana veritate perspicue certus, Baptismi moras impatientissime cerebat; verum interea, quascumque in vrbes intulisset pedem, Riccius nomen in suprema ponebat aestimatione, siebatque vt multi summis fungentes honoribus